

e-rara.ch**Lilii Gregorii Gyraldi Ferrariensis dialogi duo de poëtis
nostrorum temporum****Giraldi, Lilio Gregorio****Florentiae, 1551****Zentralbibliothek Zürich**

Signatur: Ochsner 1147

Persistenter Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-15853>

e-rara.ch

Das Projekt e-rara.ch wird im Rahmen des Innovations- und Kooperationsprojektes „E-lib.ch: Elektronische Bibliothek Schweiz“ durchgeführt. Es wird von der Schweizerischen Universitätskonferenz (SUK) und vom ETH-Rat gefördert.

e-rara.ch is a national collaborative project forming part of the Swiss innovation and cooperation programme E-lib.ch: Swiss Electronic library. It is sponsored by the Swiss University Conference (SUC) and the ETH Board.

www.e-rara.ch

Nutzungsbedingungen

Dieses PDF-Dokument steht für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Es kann als Datei oder Ausdruck zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Terms and conditions

This PDF file is freely available for non-commercial use in teaching, research and for private purposes. It may be passed to other persons together with these terms and conditions and the proper indication of origin.

Nuper ad Italiam nullo mihi tempore uisam
Venimus, et iussi teximus istud opus.
Si licet hoc ueniens longinquis hospes ab oris,
Legitima certe cum ratione peto.
Nullus ut exoptet sublimius ista referri,
Ad rem noscendam quam satis esse queat.
Scis quibus hæc soleo calamis conscribere Lector:
In pharetra pennas porto grauante latus.
Ex hac charta mihi scribenti promitur, ex hac
In subitas cædes stridula tela uolant.
Tu melius scribes, ego tendam fortius arcum:
Diuerſa fieri possumus arte pares.
Ne tamē indocti peregrinos arripite uersus.
Spicula res mira est, quam peracuta fero,
Quæ tam præsentis ui sunt incocta ueneni.
Quamlibet exiguo uulnere punctus obit.
Qualis hyperborco solitus sum currere saltu,
Pinea nunc etiam lustra subire paro.
Quolibet euentu (syluæ suus imminet error)
Rugiat in uersu bellua dira meo,
Et reboante sono, quæ sunt modulamina nostri
Carminis ostendat, conspicienda simul.

Bison
Hæc fera Litphanus longe scuiſſima syluæ
Nasatur, & fieri corpore tanta solet.
Ut moriens si quando caput ui uicta reclinet,
Tres sedeant inter cornua bina uiri.
Tanta quidem æruix nondum satis ampla uideri,
Si conferre uelis cætera membra, potest.

Barba riget late pendentibus horrida uillis
 Lumina terrorum plena, furore rubent.
 Terribilesq; iube, collo funduntur in armos.
 Et genua & frontem & pectoris ima tegunt.
 Si tamē exiguis componere magna uelimus
 Et uenatorum uerba notare libet
 Villosum toto præsefert corpore caprum
 Quamuis effingam omnia membra bouem.
 Obscurus color est, ita fuluum miscuit atro
 Ut medium fieri se per utrumq; uelit.
 Miror et hæc aliter quosdam scripsisse priorum
 Non uideo causæ quid subiisse putem.
 Nescio quæ patula deducunt cornua nare,
 Longe aliud quam sit corpus habere ferunt.
 Pondera monstri tribuunt ingentia labri,
 Ipsorum fuerit non meus ille bison.
 Multa ego Roxanis legi antiquissima libris,
 Quorum sermonem græca elementa notant,
 Quæ sibi gens quondam proprios asauit in usus
 Et patrios apte miscuit ipsa sonos.
 Multaq; complexi loca sunt, diuersa uetusti,
 Per uarias gentes, temporis acta ferunt.
 Tale animal nusquam uisum est, nisi forsitan ante
 Diluuium, gelido ferre sub axe moras.
 Attingit expresse, meminitq; bisonis & Vri.
 In nemore Arcteo Plinius, esse boues.
 Nil fuit, ut tradunt ueteres, atrocius uris,
 Quos alit in syluis terra Polona suis.

Diatur

Bison.

Diatur ~~et~~ toto nusquam locus alter in orbe,
Cuius eos saltu uiuere fama ferat.
Proximus est feritate bison, uocat ille iubatam,
Hunc melius qui uult noscere pauca legat.
Nec dubito multi me fingere plurima dicant,
Vixq; feram tantum credet habere caput,
Qui nihil hyberni syluis impenderit aestus,
Sed subeo quantum dicere quisq; uelit.
Dummodo libertas dicendi talia constet,
Quæ non cum paucis sunt manifesta mihi.
In quibus absumpsi nunquam reuocabile tempus,
Otia deuotans, tunc odiosa quidcm,
Quæ tota nunc mente peto, magnoq; labore
Insequor, ~~et~~ uarijs retia tendo modis,
Nec paro desidiæ latebras, sed tempora, uenor.
Quæ studijs quondam rapta fuere meis.
Et nulla ratione capi, nullisq; teneri
Inuentis possunt, ut perire semel
Iam pereant, nec enim leges imponere fato
Possumus, hoc subitum nec remoremur opus.
Sed quid agam, doctis nihil hic ostendere possum,
Quos uetrum libros, quæ monumenta legant,
Vnde notent artus, mensuraq; corporis ingens,
Quo signata loco notior esse queat.
Multa reuoluenti, nihil hac est parte reperiunt,
Hactenus in syluis hæc latuisse rear.
Ni Paulus diacon, Lombardica gesta recensens,
Ostendat artis grandia membra notis

Scribit

Scribit enim rigidi fido sentis ore relatum,
Quindenos una pelle cubasse uiros.
Me non uisa mouet pellis, non ampla ferarum
Cornua, uel manibus sæpe reuulsa meis.
Quicquid erit longus uenandi proferet usus,
Et labor, ac uitæ tempora dura mee.
In nemus Arctoum, quamuis scriptoribus impar
Romanis, ærte hac arte Polonus eo.
Me pater instituit latebras lustrare ferarum,
Suspensio et strepitus emoderante gradu.
Edocuit dubios illic cognoscere uentos,
Ne notet insidias, nare uel aure fera.
Meq; niues inter gelidas sudare coegit.
Impingens humeris grandia tela meis.
Cædibus oblectans oculos latratibus aures.
Dum pereunt ursi dum perimuntur apri.
Retia dum late pavidis implentur onagris,
Et iugulant uarias uincula tensa feras,
Altaq; dum quatunt ardentes æthera bombi,
Ac tereti plumbo corpora fixa cadunt.
Pars telis equitum cursuq; agitata uolucris,
Spumanti moriens sanguine foedat humum.
Talia dum fierent syluaq; agerentur in alta,
Aequabam socios sæpe labore meos.
Flumina equo fidens, altumq; Borysthenis alueum
Tranabam, per aquas aufugiente fera.
Non ut æerba libens uitare pericula nolim,
Sed socijs et in hoc ædere turpe fuit.
Multaq;

Multaq; Litphanis uenatibus aspera passus,
Hac fueram fateor non nimis, arte rudis.
Artis & hæc summa est, sylvestris parcius ergo
Diffona qui legitis carpite uerba uiri.
Naturam moresq; feræ cognoscere paucis
Cura sit, ut cœptum coniuuctur opus.
Seuitia superans animalia cuncta, uel æquans,
Humano generi non nisi læsa nocet.
Maxima inest tantum, propria custodia uite.
Maioremq; animo fingere nemo potest.
Circumfert oculos partesq; obliquat in ambas,
Omnia prospiciens ulteriora uie.
Palpebræ subitos hominis non negligit ictus.
Quamuis immoto corpore membra latent.
Et minimos retro strepitus cautiſſima signat,
Auribus attribuens terga tuenda suis.
Attamen & uisus tuto spatiabere gressu,
Dummodo non nitant tela nec arma micent.
Illa diu fixis in te conspectibus hæret,
Intuituq; hominis capta, moratur iter.
Si uero teneram scæum trahit anxia prolem,
Armorum strepitu quolibet icta furit.
Horrissonq; graues fremitu prænunciat iras
Hortatrix, ne quis proximus esse uelit.
Non tamē in quenquam temere, licet obuia seuit.
Tutaq; adentem uertere terga sinit.
Lasciui ludunt catuli, nimiosq; parentum
Exauiunt saltu liberiore, metus.

Quos

Quos adeo gignunt dociles, ut in omnia matris,
Acta ferant pronos qualiacumq; pedes.
Iamq; solent pinus saltu superare iacunes,
Iam plano cursus præcipitare solo,
Transiliunt fossas medijs in cursibus amplas.
Per magnas quatunt cornua parua minas.
Mollia continuus exercent corpora ludis,
Otia permittunt non nisi rara sibi.
Est animal magni patiens auidumq; laboris,
Quod nemo tanti corporis esse putet.
Et si quando suos gyros exercet in arcto
Bellua, tam rapido turbine corpus agit.
Egestum rapit ante finem reuoluta retrorsum
Quam cadat, et spargit cornibus ipsa suis.
Pulchraq; solenni præbent spectacula ludo.
Dum simulata suo prælia more gerunt.
Hæc mouet Autumnus ueneris lasciuia reducens
Tempora, per paucos continuata dies.
Quæ celebrant magno semper miroq; paratu,
Leticiam dulci testificante sono.
Aethera mugitu late stridentia complent.
Robora telluris concutit alta tremor.
Assueti referunt uinæ genus omne tubarum
Hoc sonitu, et tactas qualibet arte lyras,
Innumeris uariata sonis uox una resultat,
Qua nihil auditu gratius esse potest.
Non comperta mihi res est, quis terminus æui,
Quod spatium uitæ labilis esse putem.

In

Vituli

Agili

+ phia

Vox ei
muf

Æras.

Ani
In gregis rectorem notum uixisse ducentis
Scripta ferunt annis, signaq; certa, notant,
** an Vinfer.*
3 q. 1. 4. r.
Ille quidem candore iubas in fronte micantes
Gesit, & ex illis grex quoq; nomen habet.
Quoue minus possint labentia tempora falli,
Exausti bello luminis orbus erat.
Vtq; fit inter opes, dubij certamina iuris,
Per dominos ibant, per nemus atq; feras.
Formula causarum longo post tempore uisa,
Annorum noto signa regente dedit.
Cum dubitem quantis latuit non cognitus annis,
Indicij nequeo certior esse mei.
Multa licet super his praesumat opinio uulgi.
Sed mihi nota parum non refrenda puto.
Mulcendis alij quantumlibet auribus insistent.
Hic modico strepitu concutit aura nemus.
Florigeros ueterum campos, & rura peragrent.
Nobis praescriptum est per quod eamus iter.
Iure suo excurrant, ac libertate fruantur.
Illi cui scribo non nisi uera placent.
ciens
Crescat & in magnun soboles extenditur agmen,
Et sua communem castra tuentur ope.
Certa quies in spem tantum custodis inuitur,
Qui ferus ante alios arcuit omne pecus,
Ius habet imperij, qui forma & robore praestat.
Regna petunt multo sanguine saepe mares.
Praelia circumstant miseros furibunda regentes,
Nullaq; securi temporis hora datur.
Atq;

mx
202
an
no 1. Vich
separat
5. ab
prima.
hrc aliqui capiunt
omnes secum 2. forminas
capi no 13.

Atq; adeo tumida regni furor aestuat ira,
Vt saepe alterius morte dirempta cadat.
Ambiguae postquam subiere pericula uires.
Vt pecori praesit, praemia uictor habet.
Victus abit moerens, et totos exulat annos,
Migrantem sequitur foemina moesta uirum.
Taliter abiuncti metuunt uenabula soli.
Cedis habet nullos caetera turba metus.
Nec semel exclusos admittunt agmina Tauros.
Foemina uim redditus liberioris habet.
Quae remeat caeso trepida cum prole marito,
Dum sociam rumpit, mors inopina fidem.
Prinapis edictum matres immitte, tuctur,
Et sua syluestres cura perennat opes.
Has sibi diuitias rutilo gens praetulit auro.
Se putat ijs merito maius habere nihil.
Innumerae quamuis ueniant ad proxima naues
Littora, quae uaria feruere mercae solent.
Flumina decurrunt, totas ditantia terras,
Adnectunt celeres, numiferaeque rates.
Terra ferax frugum, modico contenta labore.
Fecundos laetis messibus implet agros.
Plurima uis pecorum, campos syluasque pererrat.
Veloce passim conspiciuntur equi.
Frugibus externas soliti complere carinas,
Quicquid in externis gentibus extat, habent.
Et quanquam rerum longe ditissima gens est,
Cuncta tamen nemori postposuere suo,

Sed

ide
o. Nemo un
nomaturos
omibz pfor

Sed non iccirco syluæ placere iucentes,
 Quod dominis præstent commoda magna suis,
 Prodeat ex illis flauæ quod maxima ceræ
 Copia, naualis copia magna picis,
 Illinc, & pelles hybernis uestibus aptas.
 Instructus nummis, dum uenit, emptor habet.
 Illinc, fluminibus uastum mittuntur in equor
 Robora, uel quæ sint nauibus apta cuius,
 Vel quibus ædificet regio campestris, & huius
 Indiga materiæ, constituatq; domos.
 Arboribus uis est crescendi læta, nec ullo
 Maiores unquam uidimus esse loco.
 Quod careant pomis, steriles quis dixerit illas,
 Multum mellis habent, grandeq; murmur apu.
 Circum diuersis effragrant floribus agri.
 Quos inter syluas rustica turba colit.
 Utq; fauis loca sint, suprema parte cauatur
 Arbor, & humana mella parantur ope.
 Desuper innueneræ uolucrum, multæq; sagittis
 Multæ bombardis, deiiciuntur aues.
 Et quas Tetraonas appellat Plinius, illic
 Inter diuersas crebrius agmen agunt;
 Corporis immodicæ superat & pondera pinguis
 Anseris, & multum carne saporis inest.
 Quando cadunt istæ, res est pulcherrima uisu,
 Et geminos fructus qui necat inde refert.
 Hæc caro corpus alēs, pastū quoq; mentibus affert.
 Et dissipari se per utrumq; solet

Scia

E uixi dñ
 syluis q
 fauibus
 nō in ppe
 licet magnos
 pro se uat
 cent
 o. Arboreis

Apes, mel

au nos
 sub an ut
 tu app.

Deu quis fallaces laqueos, seu tendere mauult
Reca, res fructu nulla carere potest.
Vt perimat quicunq; uelit, lex omnibus una est.
Hanc libertatem copia nutrit opum.
Quaetiam pereunt huius uolucresq; feræq;
Qui nimis astrictæ se gerit inter eas. +
Sic magnis pisces lacubus decedere uidi.
Si dominus curam, ne capiantur habet.
Sic etiam clausis fructus rarefat in hortis.
Sepius & segetes perdit auarus ager.
Talia mirantes nostra regione uidemus.
Aut deus hæc passim cuncta patere cupit,
Aut pereunt magicis & crescunt artibus, illud
Interdum reputans mens agitare solet.
Tantaq; uis herbis gelida uerbisq; sub arcto
Semper inest, tantum carmina dira ualent.
Vt Medea mihi non ulla parte uidetur
Fabula, sed ueram pene fuisse liquet. +
Si contemlemur miracula temporis huius,
Quamuis Christicolæ cuncta uetare uelint.
Et soleant hominum subitis immittere flammis
Quemlibet, ut primum res manifesta foret.
Qui se uel modicæ de talibus implicet actis;
Et non continuo deferat illa, uidens.
Si quis & ambiguo plebis rumore notatur,
Quamquam uel tenebris abdita facta latent.
Arripitur, manibus subito pedibusq; ligatus,
Proijatur tumidas protinus inter aquas.

B

Si mergi

+ sine in su
dei, sine m
sic inuety
id fiam

Max

5

no posse
Maxia

Si mergi fuerit uisus, reuocatur ut insons,
Si contra, semper creditur esse nocens.
Compressos laqueis in gurgite uidimus alto,
Luctantes undis mergere posse ^{non} caput.
Multaq; clamorosa spectabant millia plebis,
Me stupor attonitum reddidit inde grauis.
Ipsa fluens adeo dirum caput unda refugit,
Ut sibi dissimilis tunc mihi uisa foret.
Iustior est ignis, qui talia soluere monstra,
Et solet hoc tetrum saepe domare nefas.
Omnia Litphana dubitans regione uidebit
Saepe palam fieri, meq; probata sequi.
Sed tamen assuetas prauis mulieribus artes,
Exercant molles, non nisi raro, uiri.
Hæc ego prætereo, satis est ostendere, syluas
Rebus ab expressis pondus habere leue.
Omnia delicijs quamuis sint plena, sed inde
Tam uasto nemori gratia parua uenit.
Vnicus hic decor est, q; sint numerosa ferarum
Agmina nobilium, talibus apta uiris.
Qui uegetant animos uenatu à Marte reductos,
Otiq; in magno mixta labore terunt.
Hic labor & menti prodest, & fortia durat
Corpora, quæ senio firma grauate manent.
Et longos hominum uitam producat in annos,
Vt sibi ut ueris experimenta probant.
Multaq; protendit sine cano tempora crine,
Exactit sensus, perspicuosq; facit.

capa
mi
el
mis

Enatione
lanc.

Fortiter in paruos strepitus dum tendimus aures,
 Magnus in auditu prouenit inde uigor.
 Dum tenui uisus acie longinqua notamus,
 Luminibus præstans hinc mediæna uenit
 Talia continuo uersat uenator in actu,
 Confirmat uisum sædulus auris ope.
 Dum fera conspecto dudum meditatur in hoste,
 Miranda q̃; suos quærit in arte dolos.
 Quos natura dedit subitis in casibus ingens,
 Nec sensu facilis nec ratione regi.
 Quæ tamen assuetis nemori tam nota reuoluo,
 Vix apud insolitos sunt habitura fidem.
 Omnia transgrediens illis cœsenda relinquo,
 Queis labor asiduius talia nosse dedit.
 Hi melius referant, uidear ne scribere plura,
 Temporis angustî q̃; patiatur opus.
 Quando anum tremulis feruet latratibus æther,
 Quos animo stimulos exatet ille sonus.
 Quid faciat irrumpens tranquilla silentia clamor.
 Dum per mille modos, tollitur atq; cadit.
 Quid ferat irati quem lanca sustinet Vrsi
 Vox fera, uel fremitus uulnus habentis apri.
 Vulnere quid sæuo moueant inflicta Bisonti,
 Dum ferus effreno spiritus ore tonat.
 Dum uecors speciem furor induit, horrida uisu
 Lumina, dum feruens ardor in orbe rotat.
 Sauæus horrendo si quando murmurat Vrus
 Guttare, tunc nemorum proxima queq; tremūt.

B ij Ille

Vrsi
 Bisonti
 uenator

Ille suos uariat gressus saltusq; minaces,

Et se terrorum format in omne genus.

Quos hominum capiuntq; Fortes pectora motus;

Ingenio quantum proueniente uigent.

An bene tunc animo sequimur sublimia rerum?

An pateant, alio quæ latuere loco.

Conueniat ne graues patriæ pensare ruinas,

Vt subeat quo sit restituenda modo.

Interdum placidis successibus obruitur mens,

Plus leuet ut corpus q̃ mediana suum.

Dulcèq; uenandi studium quicunq; sequitur,

Et sua syluestri membra labore teret.

Scu qui delicias inter nemora alta salubres

Exercet, ne se tedia lenta grauent.

Omnibus illudens, mediâs, longissima uitæ

Tempora traducet, nec petet artis opem.

Nec medicaminibus tenuabit uiscera potis,

Quæ rumpi nimium tensa necesse foret.

Nam nihil est illis gelida uiuacius arcto,

Quorum uenatus sunt alimenta feri.

Hoc est cur libeat rebus præponere syluas,

Multa putare uagis inferiora feris.

RESTAT adhuc quas hæc fera sit capièda per artes

Dicere, ni breuitas temporis arctet opus.

Si tamen arctæ morem cognoscere gentis,

Attinet, hunc sequitur patria nostra modum.

Non licet hoc animal, procul actis sternere telis,

Non datur occultis illaqueare dolis.

Semper

venio bis/omny

-5-

Semper in excelsis uis est uersata uirorum,
Hoc fieri quadam religione ferunt.
Affirmant solitum totis excedere syluis.
Dum non uincuntur congregante manu.
Aut reor hac fingi, ne gentis inertia serpat,
Aut etiam fieri talia posse puto.

His tamen abiectis, ego tantum uisa, uel actis
Pertentata meis, dicere pauca paro.
An dubitem quid agam de uenatrice Diana,
Aut aliqua ex illis, quæ comitantur eam.

Non uacat, ut curuos hic mirer Apollinis aras.
Telaq; confixis sæpe cruenta feris.

Pro Ioue qui Christum ueneror, Christi q; parentem
Pro Iunone loqui carmina nostra solent.

Nec misceanda mihi est, tam ærtis fabula rebus.

Dicere sed nuda me breuitate sinant,
Qui procul à uero, studijs desueta sequuti,
Errores ueterum carmine semper alunt.

Improbat Erasmus Ploënsis talia Præsul
Omnia, quæ summum postposuere Deum.

Idq; suis unum claris uirtutibus addit.
Nunquam quæ non sunt Præsule digna legit.

Huius ad affectus igitur mea comparo uerba,
Inde uenit si quid religionis inest.

Dulcia qui sequeris, qui res exquiris amœnas,
Hic nihil horridulus floris agellus habet.

Et glaciæ & niuibus passim iacet obrutus altis,
Hoc opus hybernæ temporis esse decet.

ni 9/8
figura
etc.

Cogimur assiduis æstatem uoluere bellis,
Otia uenandi sola ferebat hyems.

Hunc quoq; præripuit Martis uolentia morem,
Bellaq; frigoribus continuata iuuant.

Exautit arbitrium res detestanda tacendi,

Par dolor, & lachrymas, & mea uerba, rapit.

Priuatò gerimus communia milite bella,

Vt sacra lex fratrum tutior inde foret.

Obruimur tali penitusq; euectimur hoste,

Qui totum Christi perdere nomen auct.

Bellaq; non ut opes, aut regnum comparet infert

Non, ut in imperij laude superbus eat.

Efferat humani tantum sitis alta cruoris,

Vt sibi discordes relligione, necet.

Vtq; per illorum cædes exerceat arma,

Proiciat cæcibus uulturibusq; dapes.

Quo uictore nihil poterit contingere morte

Vtilius, nam plus uita doloris habet.

Qui proprio solitus componere singula ritu,

Vix patitur summi commemorasse Dei.

Nos sumus extremi quorum sua tela fatigat

Corporibus, quorum sanguine tardat iter.

Ne ruat interior, sæuimq; profundius ensem

Inferat, ac sternens obuia quæq; secet.

Hæret adhuc frendens, possent heu prælia possent

Et per nos aliqua commoditate geri.

Ni noceat populus baptismi fœdere iunctus,

Ni nostras alia parte læssat opes.

Quorum

Hyeme p
ab hac
re bellar
fideli me
qdo licet
in sup
huius
impediri.

Quorum lenta quies nostro defenditur æstu,
Hi nos oppugnant, & perijſſe uolunt.
Subſidijs loco iunxerunt hoſtibus arma,
Quæ ſtudijs, uotis, conſilijsq; fouent.
Temporâq; impellunt proprio currentia motu
Semper ad hoc, ut eos noſtra ruina trahat.
Tunc ne uolent rabiem ueteris componere morbi?
Dum nihil auxilij pharmaca ſera ferent?
Quod quicumq; hominum manifeſta æternere ſigna
Reſq; notare uelit, non procul eſſe uidet.
Paræ feris ſælerata fames, tua uiſcera rode
Et quo pinguet humus, ſanguine tinge niues.
Suggere materiam poſitis incaude cathenis
Quæ uel natorum uel tua colla grauent.
Extentâ eſt diuina manus, motuq; minaci
Vindictæ ſtudijs, impia facta notat.
An ceſſare putas, quia nondum fulmina mittit,
Mors atq; mors atrox & peracërba, uenit.
Imminet ad minimum ratio reddenda quadrantem,
Tum ærnes quantum proderit iſte furor.
Cognosces quid erat cauſam præbere nefandis
Hoſtibus, ut uinclis millia multa trahant.
Seruitioq; premant tali, quod nulla uetuſtas
Finiat, in natis permanet ille dolor.
Tanti ne poſteritas, quæ Chriſti lege teneri
Debit, infernum te duæ merſa petet?
Quid iuuat in ſyluis queſtus diſperdere, uocem
Hinc reſer ad brutas huſſouiane ſeras.

oidem/

Seipſo alloq̃r.

Mos eſt

B. 4.

Mos est hic illam gelida capientibus arcto,

Hac ut propositum parte sequamur iter.

Arboribus moles struitur latissima cæsis,

Quæ spacio clausas interiore tenet.

Circuitus duodena solet uel plura referre

Si sint Ausonijs nullia mensa modis.

Impositis tandem æstodibus obfirmatur

Ambitus, ut medio possit abire nihil.

Nec nouus hic semper labor est, antiqua tenentur

Septa, sed in multis stat ut patefacta locis,

Vt fera liberius ueniat, minimoque labore

Clauditur, atque inter pasua læta manet.

Hac strue detentas, clausi uenamur et ipsi,

Lancæ pari dubius constat utrinque metus.

Iam nihil interius, charo præstatur amico

Auxilij, famulus non comitatur herum.

Nec genitor nati, nec filius ora parentis,

Attendit, sua res cuique gerenda datur.

Quisque suam seruare potest, et perdere uitam,

Et minimus multum ponderis error habet.

Edictoque graui, quæ sunt facienda cauetur,

Alligat imperijs indita poena uiros.

Vna salus cunctis, tutela relinquitor una,

Sit celer et subitis flexibus aptus equus.

Magnanimique ruunt, et in ipsa pericula reges

Nobiscum, timido nemo subesse uelit.

Vtque solent Scythias ferro uersare cæteruas,

Dum populi spectant bella cruenta sin.

Sic etiam

sonus
renatio

5 5

Sic etiam miscntur equo uenantibus acri,

Nec maiestati forma facta nocent.

Compressi calamos, qui me retinente feruntur,

Inq; tuas laudes SIGISIMVNDE ruunt.

Da ueniam queso patriæ pater, ardua res est,

Virtutes aliqua parte referre tuas.

Magna domi, maiora foris, tua facta uidemus.

Sed facilis dictu res mihi nulla subit.

Maximus in sylua es, sed campos dicere malim,

Si possent uires suppeditare, tuos.

Et modo dent aliquid uitæ mihi fata quietæ,

Impendam factis oia nostra tuis.

Hoc inter uirgulta latens opus, abdita querit,

Cui satis est unam dicere posse feram.

Sed multas (ut sepe) simul concludere mos est

Et solet in plures maximus esse labor.

Nos tamen, ut plures, ita clausam uidimus unam.

X Diatur hæc ut me clausa uidente fuit. X

Ulla quidem primum leuibz uiolata sagittis,

Pendebant summa spicula missa aite.

Quo facto furibunda uiros prospexit in omnes,

Diffians horrendos nare tremente, sonos.

Tum subitos obuersa gradus, saltusq; citatos

Impulit, & celerem tenat inire fugam.

Currentemq; equites sublata uoce, sequuntur, (u)

Alta reperausus sydera clamor agit.

Sed dum præcipiti cursu peruenerat illuc

Qua circumiecta mole tenetur iter f:

Exapitur

B. S.

*Venerabilis in Christo
S. Sigismundus*

+ *supplicat*

+ *uocationi
ipi uenarum
abscondit /
nec uel una
uideat*

*Bisom
uenu*

Exapitur trepido vulgi clamore, repulsa,
Stat meditans qua nam parte retorta ruat.
Missa fuit rursus stridens in uulnus arundo,
Vt magis efferruens ardeat ira fera.
Iam tunc fixa uidens, ferro sua membra uolucris,
In subitam rabiem soluitur, atq; furit.
Iam uenatores toruo grauat aspera uisu,
Attendens, quā se densius agmen agat.
Exeræt primas latrantum bellua cædes,
Seq; uiris infert, strage cruenta canum.
Diffugunt iuuenes, & equos in deuia torquent,
Syluaq; clamoris uoābus alta tremit.
Nemo fugam sperare potest, si cursibus instet
Rectus, in obliquum flectere tuta fuga est.
Sic furor ipse grauē procul, & celer impetus aufert,
Vt nequeat tanto corpore torti sequi.
Et cum tam multis equitum circumdata currat,
Quemlibet insequitur, seq; tenere nequit.
Præcípites agitans saltus, & corpore maior
Cursibus extenso, murmura nare tonat.
Horrendas quatit aura iugas, & utrumq; refundit
In latus, hac specie turbida, grandis, atrox.
Per loca septorum, cæca uertigine saltat
Exquirens iræ pabula dira sue.
Et quam funestis se se terroribus inflet,
Ex hoc, quod sequitur, quisq; notare potest.
¶ Diuicijs clarus quidam, fama; parentum
Inclutus, optinuit, posse licere sibi.

Vt se

tuia p
et u
ioui.

Ut se bombardæ sumpta, conferre bisonti
Posset, & ingentis soluere membra feræ.
Permissum misero est, stabatq; sub arbore tectus,
Attendens, qua nam bellua parte ruat.
Affuit hæc subito, sonitus terræq; tremores
Atq; canum gemitus, signa furentis erant.
Proflantemq; uidet late fumosa per auras
Nubila, tum tacti cæde morata canis.
Constitit, & pinum uersus, furibunda retor sit
Lumina, mox uisum se putat ille miser.
Et quis fuerit longe summotus ab illa,
Territus est adeo, uig; timoris, obit.
Quem socij, sicut stetit, inuenere gelatum.
Mirantes fieri posse pauore necem.
Pestifero noct intuitu Basiliscus, at ille
Nondum conspectus, qua ratione perit.
Illa tamen timidi est ignauia credita cordis.
Et uiuentium risu mors agitata fuit.
Si bene commemini, quæ per me facta recordor,
Inscriptum tumulo distichon illud erat.
Cornua quid facerent, irati uisa bisontis.
^{non est in scriptis}
Laurinum species enecat, hicq; iacet,
Hoc ego confiteor, rerum quasq; notavi
Luminibus, me non permouet, ulla magis.
Quam fera monstroso confundens omnia saltu,
Dum nihil assequitur, quod laniare queat.
Si stetit, inflatis absorbet naribus auras,
Perititans si quid posset odore rapi.

B. C.

Omniaq;

Omniaq; in commune furens uiuentia captat,
Quemlibet authorem uulneris esse putat.
Nacta aliquid, tollit rapiens, & in aëra torquet.
Cornibus exæptans, membra relapsa suis.
Siue uir est, seu grandis equus, seu icat utrumq;
Corpus, in exælsso conspicienda uolant.
Totaq; disperciunt repetitis iactibus, ymber
Carneus in uentos, sanguinis horror, abit.
Artibus actus homo, sic permiscetur equinis,
Quolibet ut frusto stillet uterq; cruor.
Spargitur ^{in aërem} alta uolans fuerit quæcunq; ferarum
Obuia, terga uolens uertere, uisa perit.
Vidimus impulsos uolitare per aëra ceruos,
Hac fera in angusto proijciente loco.
Idq; minus sed apros, sed atroces dissipat urso,
Si licet innumero teste probanda loqui.
Separat à membris ex uno uiscera iactu,
Ut diuersa uolent, & resoluta cadant.
Tamq; altè & late uolitantia frusta rotantur,
Ut nulla & uero possit inesse, fides. ^{borib;}
Obscena rapiunt uolucres & in aere pastum,
Arboribus corui corpora rupta legunt.
Pendentem ramis equitem, quis crederet altis,
Quando simul iactus disijceretur equus.
Id quoq; contigerat, dum bellua torsit utrumq;
Arbore sublimi saluus inhæsit homo.
Non licet exemplis ad rem faciētib; uti,
Nec caritura fide perdere uerba iuuat.

Nec uidet

Nec uidet ille feram, cui non conspecta furens est,
 Dum ruit inuertens omnia, remq; gerit.
 Et quacumq; suos cursus intenderit, affert
 Cuncta proælloso turbidiora freto.
 Quos illo fremitus, illo quos improba salus
 Tempore, quo studio lætificata, mouet.
 Omnia membra quibus, q̄ lætis gestibus implet,
 Vindictam quoties se rapuisse putat.
 Quando cruor finestra recens in cornua uenit,
 Rem nequeo uerbis æquiparare meis.
 Vsq; adeo pernix, ipso ut uideatur in actu,
 Non fera, sed nubes pulueris atq; niuis.
 Denotat interitum turbatus carnibus aer,
 Ostendit cædis nix rubefacta locum.
 Aut ubi cernuntur aruis pendentia ramis
 Membra, q̄ hæc reliqua parte cadente manent.
 Altriamq; suam sequitur, quacumq; currit,
 Omne rapax uolucrum carnivorumq; genus.
 Illa diu lacerum iactat uersatq; cadauer.
 Nec nec tam seua se sadare potest.
 Nec nisi contritos artus, discussaq; linquit
 Corpora, quæ remanent proterit ossa pede.
Inarsant equites multi, tamen agmine raro,
 Diris exagitant uoabus atq; minis.
 Non sine perniciæ, quamuis satis aptus ad illa,
 Sæpe etiam fato firma ferente perit.
 In planis facile est cursus extendere campis,
 Quamlibet atroæm ludificare feram.

Admiratio

+ p̄cul om̄i

*+ fera ip̄
uocat alie
am̄i carm̄
raz*

*X + quis sa
h̄t exuam̄
illa firma
bella, p̄li.*

Res alia

Res alia est illic, in syluis talia fiunt,
Putrida uertit equum, quæ iacet arbor humi.
Decipiunt multos effossa cubilia talpæ.
Lubrica seu glaciès quam niue textit hyems.
Non bene uitatur demissus ad infima ramus.
Occupat innumeras mors inopina uias.
Qui cædit, uel equum, uel mox fera corripit ipsum,
Aerèq; in summo corpus inane uolat.
Sæpeq; declinans etiam fortissimus, unam,
Cornibus, ex alia parte ruentis, obit.
Si consecrari quæ sunt notissima uellem,
Et super hac possem commemorare fera:
Vix aliquem liceat uerbis imponere finem,
Nec scio quàm longus debeat esse liber.
Stulta tamen talis uenatio possit haberi,
Interdum multis perniciofa uiris.
Ni culpam leuet ambiguam grauis ipsius author,
Qui nomen summe nunc quoq; laudis habet.
Talibus inuenis duri mens alta Vitoldi,
Attritas patriæ constabiliuit opes.
His iuuenes exeracijs ad bella parabat,
Lithanæ princeps dum regionis erat.
Ne quid in hoste noui uideant, grauiora coegit
Quamq; tranquillo tempore, ferre domi:
Pacis amans, idem fax ardentissima belli.
Stringendis quoties ensibus usus erat.
Hunc metuens fractos Tatarus porrexerat arcus,
Demissus misera conditione caput.

Qui modo

Immo
uiz uena
nomis: Vi
ld 7. qui
atax el
ofsta de
niql.

Qui modo uictrices prædas opulentus agebat,
Præda leui impulsu turpior ipse fuit.
Nec reges alios nisi quos dabat ille recepit,
Illius arbitrio subditus esse tulit.
Hunc Moschus dominum seruili uoce uocabat
Quamuis immensas maximus inter opes.
Huic iam tum ualidus mittebat grandia Turcus
Munera, & obsequio penè paratus erat.
Tres quibus in totum terror diffunditur orbem,
Tunc humili quodam conticuere metu.
Non tamen in syluis uirtus tam uinida creuit,
Quæ fuit aucta modis omnibus, atq; loas.
Hoc duce continuo feruebant milite campi.
Bellorum species tempore pacis erat.
Vt ualidus docta miles dimitteret arte
Spicula, firmabat brachia dura labor.
Assiduus curui stridebant flexibus araus.
Hæc etiam certæ signa fuere manus.
Currebant equites gyro, iactosq; sagittis
Pileolos sursum dissecuere suis.
Sæpe galerus erat, confissus in acre summo
Atq; cadens secum uulnera mille tulit.
Grus alte uolitans obsectis decidit alis.
Et nullo læsum uulnere corpus erat.
Arbore nec residens, nec pennis ardua perflans,
Nec nans inter aquas, effugiebat auis.
Grande fuit lucrum, uolucrem donasse peremptam.
Dummodo sollerti est arte parata, duai.

Laus erat

Vitoldi
laus.

Idem
Laus erat assiduo uenatu ducere uitam.

Instabat pauidis Mariæ turba feris.

Quas ualidus clamor, per spicula densa uiro-
aspice

Egerat oculis insidiosa loas.

Trux fera saltabat densis pennata sagittis,

Donec letali uulnere lapsa ruat.

At fuit illa duæ res longe gravior una,

Vt æleres cursu sepe terantur equi.

Transcursis ænium stadijs, tangenda dabatur

Nec nisi prælongi meta laboris erat.

Hanc equitum turma multo sudore petebant,

Quadrupedum patula nare reflante sonos.

Nec tolerasset equus tantum certaminis unus,

Currit, et assueto grex suus instat hero.

Contendunt alacres oneri succedere, gaudent

Certatim domino subdere terga suo.

Artq; miranda, pharetris oncrata iuuentus.

Ex alijs alios insiliebat equos.

Ne tamen ignaui possem præedere fortes,

Nocte sub obscura res agitanda fuit.

Præmia uictores cepere ingentia, uicti

Ludibrium quoddam, dedecorisq; notas.

Sed fuit asperius studium trans alta petendis

Flumina pignoribus, qua tumor horret aquæ,

Qua ferit assurgens insano uertice ripas.

Dum sese in cumulos asperat unda rapax,

Vt sua quisq; liget furcillis arma recuruis

Mos erat, inuolucris uestibus ipsa suis.

Idem
Hæc unus

Hæc unus tumidos perrumpens pectore fluctus

Omnia securus siccæ ferebat equis.

Insiluere alacres, per aquas ruit agmen equorum,

Naribus, hæc tantum parte patente, sonat.

Pendent à collis iuuenes, ut remiget undas

Læua manus, dextras implicare comis.

Munera æfferunt primo meliora, secundo

Proxima, mox alijs ordine cuiq; suo.

Talibus assuetus miles sine pontibus undas

Quamlibet horribiles transijt, arma ferens.

Nullaq; res magis est sœuis accommoda bellis,

Quam spem præcuiens impetus, atq; metum.

Ipse Vitoldus erat, tam prompto milite felix,

Qualem uix aliquis mente notare queat.

Quo duæ lanceæ pari uirtus æquata pependit.

Per dignos ibant præmia magna uiros.

Ibat & in meritis opulenti ignauia sordes.

Nam rigidus morum cænsor & acèr erat.

Iusticiæ sanctas tam ærto robore partes

Fouit, ut his nullus possit inesse dolus.

Quando diem dixit sæleri, plerosq; nocentum

Ad mortem sese præcipitasse ferunt.

Conscia mox laqueos quærebant colla tenaces,

Spes absoluendi nulla nocentis erat.

Præcipue prauos tormenta per omnia testes

Sustulit, ut nemo possit iniqua loqui.

Ipsemet exapiens toruo periuria wultu,

Mendacis præsens terruit ora uiri.

C

Membræq;

Membraq; tergoribus multorum clausa ferinis,
 Assuetis canibus dilanianda dedit.
 In nullo tam seuius erat, q̄ iudice donis
 Corrupto, si quis forte repertus erat.
 Diatur articulos quidam discriptus in omnes,
 Quod tantum capto munere iusta tulit.
 Spreuerat infelix edicti uerba minacis,
 Tortus ad exemplum posteritatis erat.
 Totus auaricie discesserat ordo sub illo
 Principis, & hac merito laude perennis erit.
 Multa quidem gessit titulis illustria clavis,
 Sed tamen ad nostrum pertinet istud opus.
 Imbelles animos populi exercebat agrestis,
 Curantisq; aliud præter aratra, nihil.
 Iniungens etiam uinctos in castra bisontes
 Ducere, ut in membris lesio nulla foret.
 Proposuitq; rei penas & præmia iussæ,
 Conueniens numero turba subibat opus.
 Et mandata, metu nullo remorante, peregit,
 Constituitq; feram principis ante pedes.
 Id tamen (ut fatear) fieri uix posse putabam,
 Credere ni cogant, qui meminere, senes.
 Quòue minus dubitem, dicunt inuenta modosq;
 Et quam narrabant machina talis erat.
 Stat geminus late paries deductus in arctum
 Ad cunei formam, fronte patente, locum.
 Conduntur media robusta repagula mole,
 Que uiridi pinus fronde resecta tegit.
 Cuncta

in finem
 dixit

ison
 illos
 p. h. f. s. o.
 Bison
 uing
 ad uisul
 addunt

*Cuncta latent arcumpositis abscondita ramis
 Præsentire dolos ne fera cauta queat.
 Tandem ueste rubens aliquis, simul ense coruscans
 Ambulat, irata conspiciente procul.
 Illa furore calens rapido ruit exata cursu.
 Virq; suam uersat per loca nota fugam.
 Donec ad insidias peruenerit ante paratas,
 Et fugit interius, terga premente fera.
 Et quam nec rapidæ iam possent sistere flammæ,
 Labitur in medios præcipitata dolos.
 Peruius ille uiro tantum fuit angulus, ipsa
 Pressa manens, retro uertere terga nequit.
 E latebris alij surgunt, tensisq; coarctant
 Restibus astrictam, duraq; membra premunt
 Iniiciuntq; simul pedicas, spumantia loris
 Ora ligant, toto corpore uincla rigent.
 Quamq; nec armatæ ualeant arcere cohortes,
 Quô minus crumpens, per sua facta ruat.
 Vincula traheretur, compressaq; funibus ibat,
 Inter plebeias, plena timore, manus.
 Permissa est uindicta tamen, resoluta patenti
 Mittitur in campo, uincla nulla timens.
 Et tantum Scythicis equitum figenda sagittis,
 Ut nihil assolita miles ab arte uacet.
 Munera signatis habuere ingentia telis.
 Cingula pro scopulo facta fuisse ferunt.
 Qui ferrum propius fixit, maiora recepit,
 Perq; suos ibant ulteriora gradus.*

Magna tamen telis in membra profundius actis
Dona sub inuicto prinape, semper erant.

Vixerat ille suo arte clarissimus aeo,
Non quia nobilitatem bellica facta uirum.

Prætulit humanis longe coelestia rebus,
Et coluit summa religione deum.

Primus enim Christi leges cum gente recepit,
Euertit populi sacra uetusta sui.

Summo templa deo statuit, ænissq; ministris
Illorum, magna cum pietate, dedit.

Omnia summouit ueterum portenta decorum,
Et fuit erroris cognitor ipse sui.

Cuius ab insigni titulo non sponte reuellor
Præteriens summi maxima quæq; ducis.

Propositi memor esse mei dum cogor, & archi
Temporis, ante prior consiðenda fera est.

Immodicæ forsan uideor digressus ab illa,
Sed tamen interea stare neçse fuit.

Dum longo clamore feram, cursuq; fatigent
Sylua tot uoces euariante, uiri.

Vixq; nea tandem cepit matura uideri,
Sensibus exhausit singula membra furor.

Et sudore fluens crebro quatit ilia pulsu,
Spumâq; iam toto corpore densa cadit.

Implicat ambiguos pedibus, uelut ebria, gressus,
Aspicæ quàm subita sit peritura nece.

Nam satis ut uisa est, animo cepisse furoris,

Desiliunt equites, & remouentur equi.

Solis moore

Vitold
laus.

Bisnonis
uenatio
ultima.

Solis, more suo, gladijs accincta iuuentus
 Prodit, ut hæc ferro cominus icta cadat.
 Arboribus lectis, mira ui pectoris, astant:
 Expositi ad seuam, laudis amore, neæm.
 Enseq; fulgenti tenui cum uoce coruscans,
 Pro se quisq; truxæm prouocat arte feram.
 Olor & uento conspectum fertur in hostem,
 Qui retro profliliens, arbore tectus, abit.
 Hæc petitur, summoq; gradu, magniq; reasus,
 Impete, ut ardentem fulmineumq; putes.
 Soluuntur, tactaq; cadunt ex arbore rami.
 Et fragmenta suæ pondera mortis habent.
 Tunc opus est animo uigiles intendere sensus,
 Ignauis minime conuenit iste locus.
 Vidi ego dum simili casu uir fortis & acer,
 Ensem dimisit, dirigitq; metus:
 Et nisi subsidium misero fortuna tulisset,
 In subitæ lapsus uincula mortis erat.
 Illa quidem niuib; suspensis canduit arbor,
 Maxima quæ ramis pinus & ampla fuit.
 Duraq; cum sonitu, quamprimum robore frons est
 Impacta, & rami contremuere graues.
 Nix commota ruens, densauit in acre nubem.
 Inuoluitq; tegens arboris ima, uirum.
 Corporis hic subito uires animiq; recepit,
 Et rapuit ælerem nube tegente, fugam.
 Hoc socij magno fâcius risere cachinno,
 Tanquam sit morti ædere turpe nefas.

C iij Et uelut

(cy)

f. arbor

idem

Historia

H

Et uelut æquatas habeant certamina uires,
Alterius semper quæ nec partis eunt.
Quantumq; graues, robur tamen exapit ictus,
Amplexuq; sui cornua fixa tenet.
Vt tamen ipsa suis maneat radiabus arbor,
Delectum terræ pinguis habere deat,
Si quis enim sicis stanti confidit arenis,
Fallitur, atq; ipsa sæpe cadente cadit.
Vt, quam commoti fera uis euerteret uenti
Non possit, ædat cornibus icta feræ.
Luctatur specie miranda euertere molem,
Horrendumq; fremens, se rotat orbe suo.
Eripuit uisum rabies sensumq; remouit.
Se putat in tota fronte tenere uirum.
Tunc neq; uir saliens possit tibi nec fera cerni,
Inabat exausto puluis & umbra loco.
Illa tamen rabies longe diuersa ferarum est,
Multa etiam medio sæpe furore uident.
Regis Alexandri uenatu contigit olim,
Aspera res facta nota reansq; suo.
Que potuit totum lachrymis inuoluere regnum,
Ni deus in dubia sorte tulisset opem.
Quattuor exælsis sedes erecta columnis,
Spectandis late cædibus, apta fuit.
Hac soq; procerum cætu regna sedebat,
Et cum matronis uirginibusq; suis.
Stant in prospectu iuuenes, gaudenq; ferarum
Vt se maiores præcipueq; petant.

Hic animos

Idem

f.

Hispæ

Hic animos, cupiunt, artem, uiresq; probari,
Arbore de summa spicula tendit amor. (u)
Vtere more tuo, facili sine sanguine ludo,
Quid tibi cum sylvis perniciose puer. (u)
Ecce sue cupiens aliquis placuisse puella,
Ridicula & subita, te duce, morte cadet.
Dumq; feræ currunt, dum se ferientibus instant,
Et dum spectandi maxima cura fuit:
Agmine uirgineo diffusus in aera fulgor
Splenduit, ut multum ueste decoris erat.
Qua color intexto ludebat candidus auro,
Ardebant uarijs serica rubra notis.
Mox ea flagranti nouitas oblata furori,
Defixit cunctas, & remorata parum est.
Ne loquar humanos assuetum ludere sensus
Hoc genus, in rabidas ius habuisse feras.
Hinc alie magnus ibant clamoribus actæ,
In uenatores impetus omnis erat.
Vna tamen fixo iam uulnera corpore portans,
A sensu certe non aliena suo.
Restitit, & quotiens caput, est mirata colores,
Et uultus hominum noscere uisa fuit:
Indignata sua spectacula cæde parari,
Instantem uoluit nobilitare necem.
Infremuit tandem nares inflata tumentes,
(Agminis hoc signum terga sequentis erat)
Suppositamq; petens excaussit fronte columnam,
Et uix dimidia parte pependit onus.

H. feras

4786
Si structura cadens fato delapsa fuisset,
Sanguine quam multo demadiuisset humus.
Et quam crudeli rubuissent cornua cæde,
Fingere mens magno uicta timore nequit.
Propterea multo prius est agnanda labore,
Vt superet sensus, emoueatq; furor.
Ante satis vasto spumarum deuoret ore,
Lingua diu fauces pendeat ante suas.
Cum sonitu cauda uolucres diuerberet auras,
Densaq; fumanti nubila nare uomat.
Et licet inuictas durarint frigora uires,
Nec nisi ui summa corpore sudor abit.
Idem Spiritus ante grauis sudantibus ilia membris
Pulset, et in spumas undiq; sudor eat.
Irruat in dubios, sine quouis ordine, motus,
Sæpe superalij noctibus acta sui.
Ne dubio moti saliant spiramine uilli,
Morsibus euellat, diripiatq; comas.
Sæuiat in proprium, cum desint cætera, corpus,
Et pedibus uentrem tundat acerbis suis.
Dum fixas agitant uentorum flamina frondes,
In frondes saltu præcipitante ruat.
Dum tremulam uolucres fecere uolatibus umbram,
Hanc rapidis semper cursibus illa premat.
Signa tibi uel mille dabit, quibus ipse uidebis,
Tempora congressus commodiora tui.
Si quid enim sensus inierit, uinære profecto,
Frustratimq; citâ communucre nec.

Materiam

Materiam uideor uanis extendere uerbis,
Tedia deponas, nam prope finis adest.
Arbore uenator, qua bellua cornibus hæret,
Nittitur, et pressam corpore semper habet.
Ne, si uel modicæ fuerit diuersus ab illa,
Et fera disiunctum mox petat ipsa uirum.
Circuituq; pari rapidum uoluntur in orbem
Per uarios saltus, hinc uir & inde fera.
Ille regit gladium metuendo corpore fixum,
Hæc etiam lingua pugnat, ut ense, sua.
Qua procul exerta, si posset prendere uestem,
Actum est, correptus ueste repente perit.
Sed minus ut fieret uitare pericula linguae,
Omnes in cædem librat agitq; pedes. *ip. s. fera*
Nulla potest citius corpus transire sagitta,
Quam dispersa pedis uulnere membra ruunt.
Corporis in rapido solers uidet omnia gestu
Venator, quid agat, quæ fugienda putet.
Ni miserum rabidis adeo spiratibus urat,
Ut calor & uero distet ab igne parum.
Si subito ense celer non soluerit intima cordis,
Vinatur, & solo stante uapore cadit.
Hoc tamen attendunt socij, ne tempore longo
Lucta sit, altera uox auocat inde feram.
Sed iuuenes usu faali præcordia rumpunt,
Ut semel infixio desinat ense labor.
Cornua perflantur, socij ridentur inertes,
Iam fera sed magno fracta labore iacet.

Labitur

licet

Idem

Censura

+ & er

Bison?
Labitur arctoe durissimus incola syluae,
Alter adhuc etiam me patiente latet.
O cū si fuerint nobis quaeretur & ille,
Tu frontem bello (si sapis) iure para.
Ne quid nunc agitem, terrent atrocia mentem
Bella, quibus toto Mars fremit orbe ferus.
Optima religio Christi turbata uacillat
Debilis in campo, non bene firma domi.
Ipsa suis in se gladijs dum scinditur, hosti
Turpiter in praedam ludibriumq; cadit
Auxiliumq; diu tantum caeleste requirit,
Quod sperare etiam crimina nostra uetant.
Interea quid agant reges, dormire uidentur?
Heu nunquam minor his cura quietis erat.
Nunq̃ solliati fuerant magis, ergo quid illud?
Unus in alterius comparat arma caput.
Funestas uersant acies in caede suorum,
Hoc oblectamen nunc sibi mentis habent.
Moles utrinq; cadens numeros in partibus aequat.
Quemq; regant nullum iam superesse uolunt.
Per scelus immensum nostro sibi sanguine ludunt,
Iamdudum ridet publicus hostis eos.
Dum, qui debuerant custodum munia ferre,
Commissum lacerant dilanantq; gregem.
(5) Quos adeo uehemens irarum conatat ardor,
Tam grauis obsedit ferrea corda furor.
Nemo uidet quantum discriminis omnibus instet,
Publica res in quo stet miseranda gradu.

Nam quis

Nam quis in orbe uacat, qui nostro non fluat ensis
 Sanguine, sed proprio plus feritatis inest.
 Thureus enim miseram cedit tantummodo plebem,
 Diripiens arces, oppida, templa, domos.
 Antiopans portus, firmans loca, milite complens,
 Quæ satis ut auctos perderet, apta uidet.
 Siue senum facili rubet infantumq; cruore,
 Securus damni transigit acta sui:
 Siue fodit partu grauidarum viscera matrum,
 Nil præter lachrymas letus ubiq; uidet.
 Nec timet arreptis ne quis foret obuius armis,
 Deplorata adeo cæcæq; turba sinus. (u)
 At reges, propriis quod roboris uidiq; arnunt.
 Exærpunt cunctis dilacerantq; modis:
 Illud agunt tantum, ne quis superesset, eorum
 Qui curam, Christi legis, habere queant.
 Illa resfulgentis dum spectat numina cœli
 Vix habet unde sue fidere possit opi
 Virgo dei mater, cuius dum scribere nomen
 Hic uellem, p. uida contremuere manus.
 Attonitusq; diu nequeo comprehendere mente,
 Qua tacæam tecum, qua ratione loquar.
 Si tacæo, digna es quam totus clamitet orbis,
 Cunctaq; communi uoce creata sonent.
 Si loquor, humane non est attingere lingue
 Nec menti, quæ te uerba decere queant.
 Persuasus bonitate tamen, quæ cætera uincis,
 Immenso quæ sunt inferiora deo,

Virgo D

Acædo

Aædo, ueniamq; petens & corde tremiscens,
Ante pedes uoluo, uirgo Maria tuos.
Sordidus & squallens habitu, squallentior intus,
Molior exangui pallidus ore precæ.
Non quia sim dignus uerbum proferre uel unum,
Sed quia tu tantum nos releuare potes.
Te Deus humanis miscrans euentibus, instar,
Luminis in ælso monte, locuit opem.
Nec secus afficiatur pullis implumibus ales,
Quam mortale genus tu pia uirgo foues.
Et uelut infantem puerum leuat obuia mater,
Exâpis attollens, quos cecidisse uides.
Nunc, o uirginei maiestas inclyta floris,
Interpone tuas, in mea uota, precæ.
Respicæ bellorum rabiem camposq; fluentes.
Quam multum gladio fata licere uelint.
In populo, quem firma tui per fœdera nati
Coniunctum sociâ uiuere pacæ decet.
Prinâpibus sanam nostris precor incute mentem.
Officij uideant prodita iura sui.
Cur ita commissi diffundant orbis habenas?
Vt sint custodes nomine, req; lupi.
Interea donec possint resipiscere, sæuos
Detineas hostes, & remorare parum.
Ne miseram plebem raptant, omniq; carentes
Auxilio populos, in sua uincla trahant.
Adrianiq; uiam sexti dispone, coactus
Proijcât causas consiliumq; moræ.

Et Veniat

Et ueniat rapidos præuertens æquore uentos,
Ac teneat gladios quos furor altius agit.
Ostendat stolidis, quibus in regionibus hostes
Consistant, & quos sternere lege decet.
Vt qui legitime titulos accepit inemptos,
Legitime populi dirigat arma sui.
Et se pontificem studeat componere talem,
Quali tam teter temporis horror eget.

..F I N I S..

IBIDEM AD REVEREN
DISSIMVM PLOCEN
SEM CONSOLATORIA

Sentio te præsul super hoc Erasme moueri,
Si recte uultus colligo signa tui.
Quod tibi iam pridem quæ uenit Epistola narrat
In patria grandes esse inimiciâs.
Quas agitat liuor, qui per tua facta maligne
Serpit, qui de te multa latenter agit,
Multa palam diât, cupiens abrodere laudi,
Quam tribuit uirtus assiduusq; labor.
Aequo animo patiare præcor, solatia sunt hæc
Virtutum, placidis annumeranda bonis
Quid tibi rumores, dum mens sibi conscia recti est,
Quis faciet contra quod uolet ipse deus.
Nonne satis digna frueris mercede laborum,
Dum te Roma uidet, dum tua facta probat.
Magna tui late spargens præconia, perfer
Si pars est rerum non satis æqua tibi.
Vtitur hoc stimulo tendens super ardua uirtus,
Hoc exercitatio constabilita manet.
Quæ nisi liuoris morsu lanietur iniquo,
Nequaquam summos posset adire gradus,
Dic mihi si res illa grauat, quis maximus unquam,
Inuidiæ rabido non lacrima ore fuit.
Antiquos percurre uiros, et prisca reuolue
Sæcula, quæ libris tradita sæpe legis

Virtutem

Virtutem inuidia nunquam caruisse uidebis
Liber ab hac fieri si cupis, esto malus
Si tamen assueto procedere limite maioris
Talia proponas despicenda tibi

Coma

IN SACRIFICIUM NIGRI TAVRI,

Romæ, opera cuiusdam Græculi, contra
uim pestis, publice factum.

Quisquis ades, Romam tecū perpende uiator.
Hæc urbs martyrio sanguinolenta sacro
Maxima quæ toties fidei miracula uidit,
Et ueterum ærnat per monumenta patrum.
Illius exemplo totus nitatur ut orbis,
Et nihil hac firmum deficiente putet.
Quid mihi respondet peregrino pauca roganti
Talia, quæ nostrum nemo tacere queat.
Si paret & laceros discerpere corporis artus,
Non tamen hæc unquam dissimulare uelim.
Spes fuit ut cunctis erroribus acrius obstes
Roma, sacra Christi tam diuturna fide.
Cum tot patroni tibi sint, tot sedibus ossa
Sanctorum reabent intumescula tuis.
Et tibi tam præsens in templis corpus habetur,
Vel potius titulo corporis ipse deus.
Si iam materia debet non mente teneri,
Si iam non possit uel sine pane capi

Sufficiens.

Sufficiens ne illic locus est, ubi cuncta precemur?
Extra quem uoti, debeat esse nihil?
Inferius uel si paulo descendere mauis,
Nonne dei matris numen adesse uides?
Oblita es centum transactis forsitan annis?
Dum fuit hoc ipso pestis acerba loco,
Extulerat diuæ populus simulachra parentis,
Quæ sunt nunc etiam sede locata sua.
Instituere preces cuncti fortasse diurnas,
Nonne salus aderat cælitus acta tibi?
Angelus Adriani turres ut uenit in altas,
Et cum districto constitit ense palam.
Ecce cruore fluens, ductusq; per aera mucro
Conditur, hæc morbi cura repente fuit.
Gothica posteritas, quid te mentiris ab ortu
Progenitam latio, te stæta uetusta tenens.
Antiquos ueterum mores tenuisse quiritem
Debueras, cupiens dissimulare genus.
An fuit ille tuus sanguis? qui sponte per omnes
Pro Christo gladios currere sæpe tulit?
Obuia mortifero protendens pectora ferro,
Militiæ querens semina parua nouæ.
Quæ tu firma satis, bene iam matura relinquis.
A plena retrahens perfida messe manus.
Tunc timore leui, modicæ conterrita pestis?
Per nigros tauros infera monstra colis?
Quid responsa tibi æssant antiqua deorum?
Quin sequeris ueterum deua sacra patrum?

Quin tua

